

et communis Veneciarum dubitare videntur, ne virtute presentis capituli, si treuga, cataneum status vel abstinentie fient, vel facte essent inter dictum dominum imperatorem et commune Janue, ipsi Veneti ad dictum et per dictum imperium navigare non possint durantibus dictis treugis, cataneis statu, vel abstinentiis donec pax firmata esset, voluerunt et consenserunt dicti sindicei, ambaxiatores et nuncii communis Janue, quo tempore dictarum induciarum, cata-neorum status, treugarum et abstinentiarum navigare possint et conversari dicti Veneti ad dictum imperium, et per illud cum ipsorum personis, mercibus et rebus, prout possent tempore pacis. Successive fuit actum inter dictas partes nominibus antedictis, quod omnia et singula castra, ville, civitates et loca, que per partes predictas hinc inde capta fuerunt a tempore incepse guerre presentis, que per ipsas partes vel ipsarum alteram tenerentur, libere restituantur hinc inde. Item quod non obstantibus aliquibus superius vel inferius declaratis, omnia et singula hinc inde singularibus personis debita per aliquem subditum partium predicatorum, vel alterius earum, per debentes vel debentes creditoribus integre persolvantur, exceptis his debitibus, que legitimis probationibus reperirentur fuisse levata vel exacta a debitoribus per dominum imperatorem Andronicum vel per donationes alterutrius partium predicatorum. Item fuit actum inter partes predictas dictis nominibus, quod dicti Januenses possint et valeant navigare per gulfum Veneciarum, prout, sic et quemadmodum continetur in pace veteri, et inter dictas partes alias celebrata, sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto. Item fuit actum inter dictas partes dictis nominibus, quod super facto Tane, ad quam Januenses petierunt dictos Venetos navigare non debere usque ad certum tempus et terminum statuendum. Et super hoc idem dominus Sabaudie comes possit disponere et ordinare pro sue libito voluntatis. Qui illustris dominus comes in continentia in presentia dietarum partium dixit, disposit, et ordinavit, quod dicti Veneti ad dictum locum Tane accedere vel navigare non debeant neque possint per